

APPROBATIO EX MANDATO R. P. PROVINCIÆ.

**N**os Infra scripti ex Commissione, ac mandato R. Admodum Patris Joannis Lalemandi  
 niam, Bobemiam, Moravianam Provincialis, SS. Theologiae Professoris Lubilati, &c. et  
 in vniuersam Philosophiam doctissimus Detestationes atente perlustrauimus, in quibus nihil  
 bonis moribus contrarium reperimus, quin potius in inuestigandis, & roborandis Thomisticis fundam.  
 summam profunditatem, & in Scoticis subtilitatibus illustrandis subtilem adeo, & penetrantem tantum in-  
 genij vim, ut vniuersi subtilis Magister, & Doctor sic suam auditoribus mentem declarasse videatur, & hinc  
 inde summam cum eruditione Angelicis & Seraphicis vtriusque scholæ agitatis doctrinis suam, & claram, &  
 indubitatam reliquit. Vtraque scholæ Typum videre desiderat, Religio nostra Minimiana honorem expe-  
 ctat, Typus erga fiat, ut sentimus. Datum in nostro Conuentu Viennensi die 2. Febr. Anno 1644.

P. Fr. Claudius Lanorius, Hispano Burgundus, SS. Theologiae Lector,  
 & Collega Provincialis.  
 P. Fr. Adrianus Dart, Philosophiæ, & SS. Theologiae Lector.

IN LAudem AVCTORIS ANAGRAMMA.  
 JOANNES LALEMANDETVS.

*En mens dia, volans alte.*



**D**MIRARE nouos auium regina volatus;  
 Quamuis ad superas docta volare plagas.  
**E**N MENS DIA, VOLANS ALTE, cui, carne relicta,  
 Cœlica subtiles sunt alimenta libri.  
 Naturæ motum pennâ transcendit; acutum  
 Ingenium DIA munera mentis obit.  
 Alta petunt aquilæ, leue pondus carnis habentes;  
 ALTIUS ISTA VOLAT MENS; sine carne volat.

*Fr. Ioannes Nicolaus Fagius Bisuntinus, Pauper Minimus.*

IN CLYPEOS AVCTORIS

*Vt resulsit Sol in clypeos aureos, & aereos, resplenderunt montes ab eis,  
 Machab. 6.*



**E**PIGRAMMA.  
**V**ID Deus est? mentis Deus est Sol; sæpe diurnus.  
 Caligat Cyclops; lux Deus ipse sua est.  
 Et quæ scripta legis quid fune? sunt aurea scuta:  
 In toto non est doctior orbe labor.  
 Quid Thomas? mons est? quid Scotus? Olympica cautes,  
 Ingenij dici culmen vterque potest.  
 Lux decrat, cadit in clypeos, & splendet vterque  
 Quantus at est, à quo Nomina tanta nitent!  
 Hæc scuta Angelicis credas fluxisse caminis.  
 Maius at à MINIMO est esse polita viro.

*Fr. Adrianus Roussel Sequanus, Minimus, & Theologiae  
 & Mathematicos Professor.*

ANAGRAMMA.

JOANNES LALEMANDETVS.

*Animas nouè delectans.*



**N**ON animæ referat Physicis arcana triumphis,  
 Et subitæ nouus perpolit Auctor opus.  
 Estque NOVE hinc ANIMAS DELECTANS: resque videtur  
 Maxima, dum MINIMO res quoque magna placet.  
 Nec mirere: iacent per magnum Maxima pondus:  
 At Minima haud quarunt ima; sed alta petunt.

*Fr. Richardus Chemier, Minimus Burgundus Sequanus.*

DISPV-